

Seminarium de libro c.n. *'Familia
Romana'* methodisque docendi

Metodický seminář k učebnici
Familia Romana

LINGVA LATINA PER SE ILLVSTRATA

**Rationis, qua tirones
doceantur, adumbratio.**

Georgius A. Čepelák (seu *Laminarius*)
ex Academia Vivarii novi Romana

**Nástin metody
pro výuku začátečníků.**

Jiří A. Čepelák
(Accademia Vivarium novum, Řím)



Metodický seminář k učebnici *Familia Romana*

- Seminarium de libro c.n. '*Familia Romana*' methodisque docendi

Instituerunt / pořadatelé: Libri Latini – latinské knihy, historie
ALFA (*Antiquis Linguis Fovendis Associatio*)
– Asociace učitelů klasických jazyků

in urbe / ve městě: Tábor

die / dne: 30.VIII.2014 (a.d. III kal. Sept. ann. MMXIV)
emendatum die / opraveno dne: 12.XI.2014 (pridie id. Nov. ann. MMXIV)

Scripsit / napsal: Mgr. Jiří A. Čepelák (*seu* Georgius A. Laminarius)
inscriptio electronica / e-mail: cepelak.jiri@seznam.cz

*Seminarium ab administerio
publicae institutionis Rei publicae
Bohemicae ad magistros
educandos probatum.*

*Seminář akreditovaný MŠMT ČR
v rámci programu dalšího
vzdělávání pedagogických
pracovníků.*

MSMT-17513/2014-1-545

Index / Obsah

Prooemium / Předmluva	5
- <i>Linguae Latinae per se illustratae</i> in Bohemia historia brevis / Stručná historie učebnic <i>Lingua Latina per se illustrata</i> v českých zemích	8
- De rerum apud nos statu deque huius seminarii instituendi causis / O stavu výuky latiny u nás a důvodech uspořádání semináře	10
- De conventu Taboriensi argumentisque ibi tractatis / O táborském semináři a jeho tématech	11
I De methodo, quam magistris suadeo ut adhibeatur, eiusque emolumentis ac fine / O metodě, kterou vyučujícím doporučuji, o jejích výhodách a cílech	15
- <i>Quōmodo lingua Latīna doceātur...</i>	17
II Quomodo iam inde a scholae initio Latine loquamur / Jak hovořit latinsky již od první hodiny	19
- 'Total Physical Response' (FR, ad cap. I)	20
III De locutionibus in scholis iam inde ab initio adhibendis / O slovních spojeních použitelných při výuce	23
- <i>Locūtiōnēs in scholīs adhibendae</i>	25
- <i>Rem grammaticam Latīnē exerceāmus</i>	27
IV De amplificatione eiusque utilitate / O amplifikaci a její užitečnosti	28
- <i>Amplificātiōnis et alia id genus exercitia</i>	30
V De vocabulis iunctis conspectuque grammatico / O přehledech gramatiky a slov(ních spojení) s kontextem	35
- <i>Cōnspectus grammaticus capitulī VI</i>	41

- <i>Cōnspectus grammaticus capitulī XI</i>	43
- <i>Vocābula iūncta capitulī XI</i>	45
VI De ludis in schola / O hraní (si) v hodinách	47
VII Methodus in compendio / Metoda ve zkratce	51
VIII Nexuum retialium index / Seznam webových odkazů	53
IX Praecipua subsidia didactica ac methodica / Základní metodické a didaktické pomůcky	56
X Stručná bibliografie dosud vydaných českých publikací k učebnicím <i>Lingua Latina per se illustrata</i> / Librorum de <i>Lingua Latina per se illustrata</i> apud Bohemos hactenus editorum conspectus	58
XI <i>Lingua Latina per se illustrata</i> – přehled učebnic dostupných v ČR	61

Prooemium

Taborium, in urbem Bohemiae clarissimam, a Lenka Jedličková, quae bibliopolium retiale c. n. *Libri Latini* possidet, invitati eo consilio convenimus ut non modo de libris, qui *Lingua Latina per se illustrata* inscribuntur, verba faceremus, verum etiam docendi rationes, quae his libris aptae essent, diligenter excuteremus. Liceat vero, antequam ipsam huius seminarii materiem accedamus, de eorum librorum apud nos historia et seminarii instituendi causis argumentisque ibi in universum tractatis pauca dicere. Dein singulas huius enchiridii partes commentari conabimur in quibus de hac ipsa deque aliis methodis aptis agitur, de subsidiis didacticis, de ludis aliisque id genus rebus, quae inter scholas agi possunt. Dein de *methodo in compendio* disseremus, id est de iis quae a magistro, ut hac methodo bene utatur, exiguntur. Tum de consiliis pauca verba fient inter magistros ac gentes communicandis, etiam de symbolis librisque qui Bohemice de hac methodo editi sunt, denique de omnibus *Linguae Latinae per se illustratae* libris qui apud Bohemos emi nunc possunt vel qui, ut speramus, proximo anno perficientur atque prelo subicientur.

Předmluva

Na pozvání Mgr. Lenky Jedličkové, jež provozuje e-shop *Libri Latini*, jsme se sešli ve starobylém jihočeském městě Táboře, abychom nejen promluvili o knihách *Lingua Latina per se illustrata*, ale také pečlivě pojednali o metodách, které jsou pro ně nejvhodnější. Ještě než přistoupíme k samotnému předmětu tohoto semináře, je třeba se ve stručnosti seznámit s historií této sady učebnic u nás, důvody svolání tábořského semináře a s tématy, která na něm zazněla. Poté se budeme detailně věnovat jednotlivým částem materiálům použitým na semináři, jež budou opatřeny obecným i konkrétním komentářem. Zaměříme se na doporučenou základní i některé další vhodné metody, na další pomůcky pro učitele i žáky, na stručný přehled aktivit, které lze v hodině realizovat. To vše nakonec stručně shrneme v kapitole nazvané *Metoda ve zkratce*, která obsahuje základní požadavky, jež metoda klade na učitele. V závěru se zaměříme i na možnost čerpat ze sdílení poznatků mezi vyučujícími napříč národy, na metodické a didaktické pomůcky v cizích jazycích a u nás dostupnou literaturu. Připojený je i přehled všech svazků sady učebnice *Lingua Latina per se illustrata*, které lze již nyní zakoupit v České republice nebo jejichž vydání se plánuje na příští rok.

Initio volebam, quod, cum de seminario instituendo cogitarem, in animo erat, unam linguae Latinae scholam quasi exemplar magistris ostendere, at Latinitas ipsa methodique, quibus utamur, adeo variae atque inter se diversae sunt, ut non unam quandam scholam praeberem, verum multas rationes, quibus scholae efficaciores magisque variae redderentur, demonstrare maluerim. Neque enim ad omnia rei grammaticae argumenta neque ad omnia in scholis nostris tempora, ut de discipulorum animis taceam, idem convenit exercitiorum genus. Varium igitur florilegium composui quo quam plurima et maxime varia, licet certe non omnia, quae fieri possunt, continentur. Vos, magistri, quod optimum visum fuerit, eligite!

Quod opus tempore futuro et in seminariis et in enchiridio maiore utilique fore, ut multo amplius atque dignius tractetur, vehementer speramus. Interea vero omnes vos, linguae Latinae magistros, hortor ut hoc enchiridion diligenter legatis, subsidia didactica, quorum indicem apposui, inspiciatis nec non ipsi ea omnia, quae legeritis, gradatim in proprium usum asciscere conemini quo uberiores laetioresque ex scholarum agris proveniant cum vobis, tum discipulis vestris segetes Latinitatis! Q.B.F.F.Q.S.!

Zpočátku, když jsem se zamýšleli nad uspořádáním metodického semináře, jsem měl v úmyslu předvést ukázkovou hodinu práce s učebnicí *Familia Romana*. Latina je však natolik rozmanitá a metody natolik rozmanité, že jsem se rozhodl nikoliv ukázat jednu ukázkovou hodinu podle zmíněné učebnice, ale výběr mnoha postupů, podle nichž lze efektivněji učit. Jeden druh cvičení totiž nelze použít na všechny gramatické jevy ani za každých podmínek, pominu-li momentální duševní rozpoložení samotných žáků. Proto jsem se v rámci omezených možností rozhodl sestavit co nejbohatší výběr, který by učitelům zpřístupnil co největší množství co nejrozmanitějších, byť jistě ne všech, cvičení. Na vás jako na učitelích pak je vybrat si to, co se vám bude jevit jako nejlepší!

Nezbývá než doufat, že témata naznačená v této stručné příručce budou detailněji rozpracována na dalších seminářích nebo v rámci rozsáhlejší metodické publikace. Mezitím vás, kolegové, kteří vyučujete latinský jazyk, povzbuzuji, abyste si pečlivě přečetli tuto příručku, případně se zaměřili i na další didaktické a metodické pomůcky, na které v této práci odkazuji, a snažili se postupně vše to, o čem se zde dočtete, i sami používat. Vaše žáky ani vás samotné pak nemine bohatá sklizeň z úrodných lánů latinského jazyka! Hodně zdaru!

Linguae Latinae per se illustratae in Bohemia historia brevis

Hodie iam sunt quindecim anni, cum Bohumila Mouchová, tunc temporis *Instituti Graecitati et Latinitati augendae Universitatis Carolinae Pragensis* praeses, in Auriga, commentariis philologorum utriusque linguae Bohemorum, totam librorum scholasticorum seriem c.n. *Lingua Latina per se illustrata* primum commendavit deque iis libris, quos uno anno ante Montellae in conventu c.n. *Docere* sub auspiciis *Academiae Vivarii novi* instituto cognoverat, disseruit. Qua symbola lecta, in Bohemia et Moravia inventi sunt qui eos libros, quos recta a Iohanne H. Ørberg, eorum auctore (1920-2010), ex Dania postulare oportebat, in scholis usurpare conarentur quorumque alii, cum nullum haberent consiliarium, nonnulla offendebant in rectissimā methodo quaerendā obstacula quibus, quominus optime docerent, impediabantur.

Cum vero primi eiusdem, quam supra memoravi, magistrae discipuli ipsam, quae conventum illum paraverat, *Academiam Vivarii novi* petiverunt domumque studiis, quae ibi colebantur, imbuti redierunt, anno MMVI *Circulum Latinum Pragenum* condiderunt quo cum ipsa Latinitas viva litterarumque studia profundiora, tum hi libri rationesque efficacius, quam solitum erat,

Stručná historie učebnic Lingua Latina per se illustrata v českých zemích

Dnes je to již patnáct let od doby, kdy profesorka Bohumila Mouchová, tehdejší ředitelka *Ústavu řeckých a latinských studií Filozofické fakulty Univerzity Karlovy*, vydala v Aurigovi – Zprávách Jednoty klasických filologů stručné představení sady učebnic *Lingua Latina per se illustrata*. Jako první tak u nás informovala o knihách, které poznala o rok dříve na kongresu *Docere*, jenž se uskutečnil pod záštitou *Akademie Vivarium novum* v jihoitalské Montelle. Již tehdy se v Čechách a na Moravě vyskytli někteří učitelé, kteří si tento článek přečetli a pokoušeli se pak používat tyto knihy, jež bylo třeba objednávat přímo od jejich autora Hanse H. Ørberga (1920-2010) z Dánska. Jelikož však nebylo k dispozici žádné praktické vedení, naráželi tito vyučující při hledání té nejlepší metody na nemálo překážek, které jim v této snaze bránily.

Když první studenti prof. Bohumily Mouchové vypravili do *Akademie Vivarium novum* a vrátili se z tamějších studií domů, založili v roce 2006 *Pražský latinský kroužek*, aby dále šířili živou latinu, s ní spojená literární studia, již zmíněné učebnice latiny a metody vyučování efektivnější, než jak u nás, byť ve vlasti Jana Amose Komenského (1592-1670), bylo doposud zvykem. Začali proto

docendi apud Bohemos, Iohannis Amos Comenii (1592-1670) cives, proveherentur. Magistris igitur ilico, ut libros methodumque ad discipulos docendos adhiberent, suadere librosque eorum nomine una ita, ut pretium mirum in modum diminueretur, postulare advectosque distribuere coeperunt. Quem ad finem et nonnullae acroases sunt habitae et symbolae prelo subiectae et cum ipso Iohanne H. Ørberg nec non Aloisio Miraglia, *Academiae Vivarii novi* praeside, qui anno MMX ab Universitate Masarykiana invitatus iter in Moraviam suscepit, vires coniunctae.

Sic iam inde ab illo anno, quo circulus conditus est, usque ad annum MMXII ad minimum MMMMDCVIII libri sunt advecti, quorum MMDCLXI *Familiae Romanae*, DCCCXCI *Exercitiorum Latinorum I* volumina fuere, praeterea enchiridii discipulorum in Bohemicam linguam conversi c.n. *Latine disco I*, quo res grammatica, quae libro c.n. *Familia Romana* continetur, sermone patrio explanatur, bis (annis MMX et MMXI una cum lexico) impressi in universum MCD exemplaria sunt edita. Interea, cum post obitum Iohannis H. Ørberg in eius libris distribuendis *Academia Vivarii novi* non solum in Italia, sed etiam in tota Europa principem locum obtinisset nec non ob varias causas libros postulare atque distribuere difficilior in annos fieret, totum hoc emendi, vendendi, distribuendi

přesvědčovat učitele latiny, aby používali uvedené učebnice a metody, jejichž jménem pak učebnice hromadně objednávali tak, aby vyučující a školy obdrželi učebnice, o něž měli zájem, za výrazně nejnižší ceny. Za tímto účelem se uskutečnilo o několik přednášek a seminářů, bylo vydáno i několik článků. Byla zahájena spolupráce jak se samotným Hansem H. Ørbergem, tak i s Luigim Miragliou, ředitelem římské *Akademie Vivarium novum*, který v roce 2010 podnikl na pozvání Masarykovy univerzity v Brně cestu na Moravu.

Od roku 2006, kdy byl založen Pražský latinský kroužek, jen do roku 2012 bylo dovezeno nejméně 4608 knih, z toho 2661 učebnic *Familia Romana* a 891 cvičebnic *Exercitia Latina I*. Do češtiny byla přeložena a dvakrát (v roce 2010 a o rok později i s připojeným slovníkem) v souhrnném nákladu 1400 výtisků vydána příručka pro studenty *Latine disco I*, která obsahuje stručný výklad gramatiky z učebnice *Familia Romana* v češtině. Po smrti Hanse H. Ørberga se hlavním vydavatelem a distributorem knih nejen v Itálii, ale v celé Evropě stala *Accademia Vivarium novum*. Zároveň se začaly objevovat různé obtíže, které znesnadňovaly distribuci knih, a tak bylo objednávání, kupování, prodávání a distribuování knih postupně přeneseno na e-shop *Libri Latini* Mgr. Lenky Jedličkové,

negotium ad Lenkam Jedličková, quae iam ante annum MMXIII nonnullos libros ope *Circuli Latini Prageni* ex Italia postulavisset, eiusque bibliopolium c.n. *Libri Latini* est translatum resque ita instituta ut propositum commune, scilicet *Linguam Latinam per se illustratam* et Latinitatem apud Bohemos divulgandi, viribus iunctis persequeremur. Sed nunc ad operis propositum revertamur.

De rerum apud nos statu deque huius seminarii instituendi causis

Lingua Latina per se illustrata, quamvis iam per annos in scholis nostris adhibeatur, tamen nonnullas magistris, qui ipsi aliis methodis didicerunt, difficultates et timorem affert ne in terras incognitas ac periculosas pedem imponere, mores rationesque docendi mutare, dignitatem suam velut magistratus cuiusdam periclitari aut scutum methodi solitae deponere debeant. Accedit quod interdum contra ipsa scholarum consilia, quae conscripta et probata quidquam mutare non sinunt, immo contra alios magistros pugnare coguntur nec non vix eis tempus, quo linguam Latinam doceant, conceditur. Nil igitur aliud saepe relinquitur nisi ut, si facultas his linguis studendi detur, per biennium summum unam vel, quod rarius est, binas scholas recitent quarum singulae XLV minuta continent; quod tempus ad

kteřá již před rokem 2013 objednávala nemálo knih přes *Pražský latinský kroužek*. Obě zmíněné organizace tehdy spojily síly a od té doby úspěšně spolupracují na svém společném cíli, jímž je šíření učebnic *Lingua Latina per se illustrata* a latiny jako takové v českých zemích. Nyní se však vraťme k předmětu tohoto stručného metodického přehledu.

O stavu výuky latiny u nás a důvodech uspořádání semináře

Ačkoliv se učebnice *Lingua Latina per se illustrata* již po léta používají na našich školách, přesto vyučujícím, kteří se latinu naučili jinými metodami, přinášejí nemálo problémů a strach ze vstupu do neznámého prostoru a ze změny zaběhnutého způsobu vyučování, neboť jsou nuceni riskovat autoritu založenou na své sociální roli a odložit brnění gramatické metody. Někdy také narážejí na již schválené a platné vzdělávací programy škol, které neumožňují snadné změny, dokonce bývají nuceni se utkat i s ostatními učiteli nebo jim jednoduše není dopřán dostatek času na výuku jejich předmětu. Pokud vůbec mají možnost vyučovat latinský jazyk, nezbyvá jim často než učit latinu maximálně po dobu dvou let týdně jednu nebo (což je ještě vzácnější) dvě hodiny, z nichž každý trvá 45 minut. Tato doba nedostačuje k naučení se jakéhokoliv jazyka, a proto je na místě se obávat, abychom

quamvis linguam discendam est tam exiguum ut verendum sit ne nimia vi velocitateque docentes plus detrimenti faciamus quam si praelibationem suavem nec indoctam, quam dein discipuli ipsi amplius gustare consupicant, proponamus.

Multi libris *Linguae Latinae per se illustratae* utuntur, multi, quomodo eis recte atque efficaciter utantur, nesciunt, ideo nonnulli, quamvis discipulos ad studia maiora libris nostris usi excitaverint, tamen, summo suo et Latinitatis detrimento, seu quod methodum optimam quaerentes iam omnino desperant seu quod methodi illius ignari discipulis exemplum optimum praeberere noluerint, et libros ipsos deponunt et methodi, quae cum iis coniuncta est, quaerendae studium derelinquunt. Cui rei pro viribus est resistendum.

Quae cum ita sint, Lenka Jedličková auctrice consilium est captum ut hoc genus seminaria instituantur in quibus et nonnulla, quae in scholis bene munere suo fungantur, docendi exempla demonstrantur et ea, quae magistri in scholis experti sunt, inter se communicent. Quotquot enim sunt magistri, totidem sunt etiam methodi docendi: itaque optimus magister efficere potest, ut pessimum librum discipuli optimum iudicent, pessimus vero magister contrarium consequitur effectum odiumque erga disciplinam, quam profitetur, vel methodum,

rychlou a příliš intenzivní výukou, k níž jsme nuceni, nenadělali více škody než užitku, případně zvážit, zda žákům nepředložit spíše příjemnou, ale zároveň učenou ochutnávku, jejímž cílem bude, aby studenti chtěli v takovém ochutnávání a studiu i sami pokračovat.

Mnoho vyučujících používá učebnice *Lingua Latina per se illustrata*, mnoho z nich však neví, jak by je měli správně a efektivně používat. Někteří z nich, ačkoliv používáním těchto knih povzbudili své studenty k dalšímu studiu latiny, právě vinou této nejistoty ohledně nejlepší metody, kterou by měli používat, v zoufalosti vzdávají své hledání a k velké škodě jak své, tak svých svěřenců přestávají tyto knihy používat a věnovat se hledání optimální metody, která je s nimi spojena. Tomuto vývoji je třeba se všech sil postavit.

Za této situace se Mgr. Lenka Jedličková rozhodla pořádat tento druh seminářů, na nichž by se vyučující seznámili s příklady výukových postupů vyzkoušených a fungujících v praxi a na nichž by zároveň mohli vzájemně sdílet své zkušenosti. Kolik je totiž vyučujících, tolik je i vyučovacích metod. A tak výborný učitel dokáže v myslích žáků udělat z velmi špatné učebnice vcelku dobrou, naopak velmi špatný učitel dokáže i z nejlepší učebnice vytvořit tu nejhorší a vzbudit nesmiřitelnou nenávist jak vůči předmětu, který učí, tak vůči metodě, o níž se žáci

qua uti creditur (vel ipse se uti credit), parit implacabile. Libris igitur optimis ad Bohemos allatis, nil aliud restat nisi ut magistri optimi, qui se ipsos meliores reddere studeant, iis quam optime uti doceantur.

De conventu Taboriensi argumentisque ibi tractatis

Hoc consilio capto, Lenka Jedličková una cum ALFAe – *Antiquis Linguis Fovendis Associationis* moderatoribus seminarium paravit qui ultimo die Saturni, antequam scholae in Bohemorum scholis recitari inciperent, haberetur quōque magistri eo consilio convocarentur ut non mera praecepta audirent, sed ipsa docendi exempla intuerentur. Invitati sumus duo qui haec coram magistris ageremus – ego ex *Academia Vivarii novi* Romana et Iacobus Žytek, qui libro c.n. *Familia Romana* in *gymnasio Pragensi in via Arabica* sito utitur.

Initio, salutatis magistris, meum erat in universum de libris, quae *Lingua Latina per se illustrata*, dein quomodo prima quindecim capitula *Familia Romanae* discipulis quam efficacissime tradenda essent, disserere. Iacobus vero Žytek de ratione, qua intra biennium totum librum pertractare conatur, de ratione sua docendi, quam in capituli XXIV exemplo demonstravit, de modo quo etiam scientiam discipulorum, quanta sit, probare

domnívají že ji učitel používá (nebo v to mylně věří sám učitel). Skvělé učebnice máme. Nezbyvá tedy, než aby se vynikající učitelé, kteří stále pracují na svém sebezdokonalení, s nimi naučili co nejlépe zacházet.

O tábořském semináři a jeho tématech

S tímto záměrem uspořádala Mgr. Lenka Jedličková společně s vedením *Asociace učitelů klasických jazyků ALFA* seminář, který se uskutečnil v poslední sobotu před začátkem vyučování v českých školách. Nebyl zaměřen pouze na zpřístupnění teoretických poznatků a východisek, ale také na uvedení praktických ukázek a příkladů. Pozvaní byli dva přednášející – já jsem reprezentoval *Akademii Vivarium novum* v Římě a kolega Mgr. Jakub Žytek, M.Phil. přijel z pražského *Gymnázia Arabská*, kde při výuce používá učebnici *Familia Romana*.

Nejprve jsem v obecné rovině pohovořil o sadě učebnic *Lingua Latina per se illustrata*, poté jsem přítomné seznámil se způsoby, jak co nejefektivněji vyučovat prvních patnáct kapitol učebnice *Familia Romana*. Kolega Jakub Žytek, který se na svém gymnáziu snaží celou učebnici dokončit během dvou let s dotací dvou hodin týdně, informoval o své vyučovací metodě, kterou přítomným ukázal na příkladu 24. kapitoly téže učebnice. Kromě toho přinesl i zajímavé ukázky testů, které

solet, verba fecit. Quaedam oratores ipsi inter se nec non auditores inter eos nonnulla animadverterunt interesse discrimina, praesertim quod ad linguae et interpretationis adhibendae frequentiam momentumque adtineret. Etenim ex ipsius Iohannis H. Ørberg sententia sermo patrius quam rarissime adhibendus est, ad quam rem etiam exercitia strophaeque didacticae in hoc enchiridio descriptae potissimum spectant. Conceditur vero interpretatio tantum ut proprium sui generis exercitium vel raro etiam ratio qua ipsa discipulorum scientia probetur. Nonnullis vero in rebus aliis consensimus inter nos et apud alterum, immo etiam apud seminarii participes nonnulla, quae imitemur, invenimus.

Rectissime quidem Iacobus Žytek ea **quattuor argumenta, quae *Linguae Latinae per se illustratae* libris obiciuntur,** ordine quodam tractavit, scilicet:

- 1) quod libri ad puerorum usum scripti natu maioribus aptae non essent,
- 2) quod mero essent artificio confecti,
- 3) quod non omnem rem grammaticam adamussim explicatam continerent,
- 4) quod intra biennium perlegi nequirent.

Primum quod obicitur cum ipsi magistri, qui libros in gymnasiis adhibent, tum Iohanna Kepartová, quae iis in universitate studiorum utitur, refutaverunt. Secundum

používá při výuce. Sami řečníci, ale i účastníci semináře zaznamenali, že mezi oběma příspěvky jsou určité rozdíly ohledně metody především, co se týče významu mluvené latiny nebo úlohy a četnosti překladu ve výuce tohoto jazyka. V rámci metody, s níž souhlasí a kterou prosazoval i sám Hans H. Ørberg, by se totiž používání národního jazyka mělo v hodinách i testech omezit na minimum, čehož lze dosáhnout mimo jiné i postupy uvedenými v této stručné příručce. Občasný překlad za účelem ověření znalosti a rozvoje překladových dovedností není samozřejmě vyloučen, neměl by však být pravidlem. V nemálo jiných věcech se však oba řečníci shodli a jeden u druhého, ba dokonce i u samotných účastníků semináře našli v mnohém inspiraci.

Kolega Jakub Žytek správně vystihl **čtyři argumenty**, jež jsou užívány **proti učebnicím *Lingua Latina per se illustrata***, a to sice,

- 1) že jsou to učebnice napsané pro mladší žáky, a tudíž nevhodné pro vyšší gymnázia a vysoké školy,
- 2) že se jedná o zcela umělé texty,
- 3) že neobsahují detailní výklad gramatiky
- 4) že je při současné hodinové dotaci nelze přečíst.

První z těchto námitek vyvrátili kromě kolegy Žytka i ostatní kolegové, kteří učebnice používají na svých gymnáziích, a také doc. Jana Kepartová, která podle ní učí studenty oboru

ipsa arte falsum esse demonstratum est qua textus ita conscripti sunt ut iam inde ab initio discipuli etiam alios textus melius intellegere docerentur neque sententias cadaveris mortui in membra dissecti instar, sed textum continuatum, summa arte elaboratum ut corpus vivum spiransque intuerentur. Tertium horum librorum potius virtutem iudicavimus, cum res maioris momenti sic melius eluceant, magistro libertas quaedam relinquatur neque discipulos necessario ac eodem tempore ingenti rei grammaticae mole prope suffocandos censeamus. Quartum, temporis inopia in scholis urgente, quadam ex parte verum esse necessario consentire sumus coacti multumque hac in re a magistro, ut, iucunditate ac fructu scholarum servatis, id efficere valeat, exigí.

Libros nunc videamus, qui, cum anno MMX administerium publicae institutionis Croaticum, huius methodi inimicis instantibus, IV modo libros Croaticos (quibus saltem decima scholarum pars utebatur) in scholis adhiberi iussisset, prohibiti sunt. Immo etiam magistris, qui aliis libris uti auderent, periculum grave, ne dimitterentur, imminebat. Qua de re ac de magistris Croatis auxilium etiam peregre petentibus in sede retiali *Circuli Latini Prageni* rettulimus.

At eodem anno, magistris, qui hos libros atque hanc methodum experti erant,

divadelní věda na Filozofické fakultě UK v Praze. Nenáležitost druhé námitky dokazuje péče, s jakou byl text učebnice sepsán tak, aby se studenti již od počátku učili pochopit psaný text a věty nikoliv vytržené z kontextu, které připomínají mrtvé tělo pitvané na stole patologa, ale kontinuální a promyšlený text podobný živému tělu, které životem přímo dýchá. Třetí námitka je spíše výhodou těchto učebnic, protože jsou tak patrnější skutečně důležité části gramatiky, učitel má větší svobodu a prostor pro tvořivost a žáci zároveň nejsou ubíjeni obrovskou tíhou složitého gramatického výkladu. S poslední námitkou jsme byli nuceni za současného stavu věcí částečně souhlasit s tím, že na učitele jsou kladeny vysoké nároky, aby při tak nízké hodinové dotaci dosáhl kýžených výsledků a zároveň vedl poutavou a zajímavou výuku.

Podívejme se však nyní blíže na učebnice, jež byly v roce 2010 de facto vyloučeny z chorvatských škol, když ministerstvo na nátlak odpůrců metody povolilo pouze čtyři domácí učebnice, jež používalo alespoň 10% škol. Vyučujícím, kteří by použili jiné než povolené učebnice, vážně hrozilo rozvázání pracovního poměru. O celé situaci i prosbě chorvatských kolegů o mezinárodní podporu jsme českou veřejnost informovali i na stránkách *Pražského latinského kroužku*.

Téhož roku však bylo po dlouhém odporu učitelů, kteří již dříve používali učebnice

fortiter pugnantibus, effectum est ut eorum librorum sub eiusdem administerii tutela Zagrabiae in gymnasio quodam quasi experimentum fieret; quo facto hi libri ac methodus, ut in omnibus Croatarum scholis adhiberi possent, sunt ab administerio illo rei publicae cum laude probati.

Hoc igitur anno bibliopolium, quod nunc libros per Croatiam vulgandi ius tenet, millena exemplaria libri c.n. *Familia Romana* ad usum scholarum postulavit. At ne tantum de numero agamus librorum, ibidem nunc societas c.n. *Amygdala* conditur quae non modo apud Croatas, sed etiam apud gentes propinquas hanc docendi rationem et humanitatis, quae litteris Latinis Graecisque continetur, studia longius latiusque divulganda curet. Neque enim summi momenti est quam plurimos libros vendere, sed adeo bene docere posse ut metam, ob quam Latinitatem docemus, saltem summis digitis attingamus.

At ne modo de Croatis scribam, nunc Romae et Matriti alia omnium gentium societas oritur, cuius hic est finis: ut magistri e variis terris oriundi et hac utentes methodo, quae agunt, inter se facilius communicent, immo ut ipsi, quomodo optime doceatur, discant, ad conventus communes etiam pergere facilius proficiscantur. Idem de discipulis.

Lingua Latina per se illustrata, povoleno zkušební používání této metody na jednom záhřebském gymnáziu pod přímým dohledem ministerstva. Tento experiment byl tak úspěšný, že byly v roce 2014 tyto knihy i s metodou schváleny státem a doporučeny chorvatským školám.

V letošním roce tak oficiální distributor učebnic v Chorvatsku, objednal několik tisíc exemplářů učebnic *Familia Romana* pro potřeby chorvatských středních škol. Avšak abychom nehovořili pouze o počtech objednaných knih, tamtéž se nyní zakládá spolek *Amygdala*, který si klade za cíl co nejvíce šířit nejen v Chorvatsku, ale také v blízkých zemích, tuto metodu výuky a především *studia humanitatis*, která jsou úzce spojena s latinskou a starořeckou literaturou. Není ani tak důležité prodat co nejvíce knihy, ale učit tak dobře, abychom se alespoň konečky prstů dotkli vytoužené mety, kvůli níž učíme latinu na střední škole.

Nezůstávejme však jen v Chorvatsku, neboť podobný, avšak vyloženě mezinárodní projekt nyní vzniká i v Římě a Madridu. Jeho cílem je usnadnit sdílení zkušeností mezi učiteli z různých států, kteří používají tuto metodu, také pořádání mezinárodních metodických a didaktických seminářů pro učitele i společných aktivit (např. soutěží) pro žáky a studenty ze zúčastněných zemí.

I De methodo, quam magistris suadeo ut adhibeatur, eiusque emolumentis ac fine

Methodus, quam una cum Iohanne H. Ørberg nuper defuncto magistris potissimum sequendam propono, alii *rectam* seu *directam* (quae methodi *obliquae* et *grammaticali* opponitur), pars *inductivam* (quae cum methodo, quae *deductiva* appellatur, certat) vocant, alii vero methodum, quae naturae rerum rationem sequitur, nuncupant. Etenim in eo constat ut discipuli, quoad fieri potest, in eam linguam, quam discunt, toti quasi immergantur, ut usu ipso ac continuato quam tutissime discant, dein ea, quae discunt, ipsi adhibeant vel, cum nulla alia detur facultas, adhibere cogantur. Qua de re in prima enchiridii parte, quam ***Quomodo lingua Latina doceatur*** appellavi, breviter ac compendiarie ratione non modo ipsius Iohannis H. Ørberg, verum etiam eorum, quos ipse secutus est, scilicet L. Annaei Senecae et Ioh. Amos Comenii verbis nixus disserere conatus sum. Verba cum rebus igitur semper coniungenda, initio nomina rerum discenda, ideo in primis *Familiae Romanae* quattuordecim capitulis nomina substantiva, adiectiva, pronomina docentur, verborum vero temporalium tantum tertia

I. O metodě, kterou vyučujícím doporučuji, o jejích výhodách a cílech

Metoda, kterou společně s nedávno zesnulým Hansem H. Ørbergem a mnoha dalšími vyučujícím doporučuji, bývá označována jako *přímá* (v protikladu k *nepřímé* gramatické metodě), *induktivní* (v kontrastu s *deduktivní* metodou) nebo také *přírozená*. Její podstatou je, že se žáci celí v rámci daných možností jakoby ponoří do jazyka, který se velmi intenzivně a kvalitně učí tím, že ho co nejvíce používají nebo jsou i okolnostmi nuceni ho používat. Proto jsem se o tom v prvním oddílu této příručky, který jsem nazval ***Quomodo lingua Latina doceatur***, stručně a krátce pokusil pojednat nejen pomocí slov samotného Hanse H. Ørberga, ale také těch, na které se on sám odvolává, tedy Seneky Mladšího a Jana Amose Komenského. Vždy je třeba spojovat slova a věci, respektive jejich přímý význam, proto se nejprve věci pojmenovávají jmény. V prvních čtrnácti kapitolách učebnice *Familia Romana* se tak žáci setkají nejprve s podstatnými a přídavnými jmény, pak se zájmeny, avšak se slovesy jen ve 3. osobě (viz 1. kapitola), v rozkazovacím způsobu (viz 4. kapitola) a

persona (cf. cap. I), modus imperativus (cf. cap. IV) infinitivusque (cf. cap. X).

In universum *lingua Latina ubique per se nec non per rerum adiuncta est illustranda*, quod iam in I capitulo est pro viribus faciendum. Initio cum discipulis de imagine supra capituli textum posita deque charta geographica imperii Romani in capitulo primo impressa loquimur, tum ipsum capituli textum legendum aggredimur. Eandem rationem etiam is magister longa taediosaque pronuntiatus Latini praecepta tractare nolens sequitur, qui discipulos, ut ipsum quam diligentissime audiant, monet, dein textus partem velut primam paragraphum magna voce praelegit discipulosque omnes ipsum legentem atque Latine pronuntiantem magna voce imitari tum iubet.

Huc etiam methodus illa, de qua supra diximus et quae Anglice *Total Physical Response* appellatur, spectat quae non voce tantum nec dumtaxat auditu, sed corporis motu fit quamque primum ad linguam Latinam docendam Segedini in Hungaria inter conventum de *Litterarum vi* (anno MMVII habitum) ab Annula Llewelyn e Catholico collegio Wyomingensi adhibitam vidi.

v infinitivu (viz 10. kapitola).

Všeobecně platí, že hlavní zásadou výuky je *výuka latinského jazyka v kontextu*, a to verbálním i neverbálním. Již v první kapitole bychom se měli na tento kontext spolehnout. Nejprve se žáky v národním jazyce probereme obrázkem nad kapitolou a mapu římské říše nacházející se nalevo od textu 1. kapitoly. Až poté vyučující přistoupí k její četbě. Jak naučit výslovnost? Učitel, který nechce své žáky učit latinskou výslovnost zdoluhavým vysvětlováním pravidel, je nejprve vyzve, by ho pečlivě poslouchali, přečte úsek textu 1. kapitoly (např. 1. odstavec) a následně nechá všechny žáky tento úsek znovu nahlas přečíst tak, aby napodobovali jeho výslovnost.

Též zásady, ovšem v oblasti nikoliv obrazů nebo poslechu, nýbrž pohybu, se drží i metoda *Total Physical Response*. Setkal jsem se s ní poprvé u Nancy Llewelyn, vyučující z Wyoming Catholic College, v rámci jejího velmi prakticky zaměřeného didaktického semináře na konferenci *Litterarum vis* v maďarském Szegedu (2007).

Quōmodo lingua Latīna doceātur...

LONGVM ITER EST PER PRAECEPTA,
BREVE ET EFFICAX PER EXEMPLA
(Sen. *epist.* 6, 5)

Iohannes H. Ørberg (1920-2010) suādet ratiōnem docendī ‘dīrēctam’ et ‘inductīvam’ quā lingua Latīna TŪTŌ, CITŌ, IŪCUNDĒ discātur, id est per exempla, nōn per praecepta.

Hic est methodī finis, ut discipulī...

- 1) ...quam facillimē, sine molestiā, nūllō, quoad fierī possit, lexicō adhibitō opera Latīna *intellegant*;
- 2) ...textum penitus intellectum in sermōnem patrium *facile atque rēctē vertant*;
- 3) ...verbōrum phrasiumque Latīnārum thēsaurum quam optimē *memoriā teneant indeque prōmere valeant*;
- 4) ...*fīrmissima syntaxeōs fundāmenta habeant* linguam Latīnam nōn corpus in membra dissectum, sed vīvum *omniaque, licet distīncta, tamen inter sē connexa intuentēs*;
- 5) ...ad linguae Latīnae studia animīs accēnsī ipsī *hanc linguam adamant nēve eam tractāre dēsinant, immō ipsī eam discere pergant*.

Discipulī discunt Latīnē...

- | | |
|---------------------------|----------------------|
| 1) ...legendō; | 6) ...dein loquendō; |
| 2) ...spectandō; | 7) ...scrībendō; |
| 3) ...audiendō; | 8) ...agendō; |
| 4) ...imitandō; | 9) ...lūdendō, |
| 5) ...prīmum balbūtiendō, | 10) ...canendō, |

Discipulī iam inde ab initiō...

- 1) ...rēs cum rērum nōminibus coniungunt (i.e. Latīnē cōgitāre discunt),
- 2) ...continuātum textum Latīnum legunt atque intellegunt,
- 3) ...interrogātī Latīnē respondēre,
- 4) ...ipsī Latīnē interrogāre possunt,
- 5) ...linguam Latīnam omnibus sēnsibus experiuntur,
- 6) ...sīc sine ūllā vī ac violentiā prīmum adhibēre discunt,
- 7) ...dein quae didicērunt in systēmate quōdam grammaticō pōnunt.

...ac tempore prōgrediente...

- 1) ...Latīnē loquī incipiunt,
- 2) ...per amplificātiōnem periodōs compōnunt,
- 3) ...imāginēs Latīnē describunt,
- 4) ...Latīnē fābulās nārrant,
- 5) ...rēs grammaticās, etiam sibi adhūc ignōtās, facillimē intellegunt.



OMNIA SPONTE FLVANT,
ABSIT VIOLENTIA REBVS.
(Io. A. Comenius)

II Quomodo iam inde a scholae initio Latine loquamur

Maximo, quod ad hanc methodum adtinet, emolumento est quod discipulorum animi eo ipso excitantur, quod linguam, quam discunt, etiam ipsi iam inde ab initio adhibere possunt, cum eos magister de rebus iam in primo capitulo perlectis facillime interrogare (*Estne... / Suntne...? Ubi est? Quid est?*) neque, si perperam respondent, ad rectum responsum difficulter deducere (*Num...?*) queat. At usque ad capitulum XV discipuli neque de se neque ad alios, nisi per modum imperativum, loqui possunt. Cui rei duobus medicaminibus mederi possumus, scilicet aut discipulo tabulas iam inde ab initio tradere coniugationum et declinationum ediscendas, quod tamen, ne mortiferum sit, vereor, aut usu ac tuto discipulos eas personas docere neque in scholis ipsis adhibere desinere. Quomodo id vero ita fieri possit ut methodum quam integerrimam servemus nec discipulos perpetuo taedio odioque erga id, quod discunt, afficiamus? Catonis Confuciique praecepta secuti id efficere conabimur ut discipuli verba eorumque formas cum rebus, id est, quoad verba temporalia adtinet, cum motu ratione, quae vulgo **Total Physical Response** dicitur, recta coniungant.

II. Jak hovořit latinsky již od začátku vyučování

Velkou výhodou této metody je to, že jsou studenti velmi motivováni tím, že již od počátku mohou jazyk, který se učí, i používat, protože se jich učitel může již od počátku velice snadno ptát na to, co si přečetli v první kapitole (*Estne... / Suntne...? Ubi est? Quid est?*), případně je, mylí-li se, dovést ke správné odpovědi (*Num...?*). Až do 15. kapitoly však žáci nemohou hovořit o sobě ani k ostatním jinak než ve 3. osobě nebo v rozkazovacím způsobu, což lze vyřešit dvěma cestami. Žákům lze samozřejmě již na začátku předat tabulky se slovesnými a jmennými tvary, aby se je naučili nazpaměť. Obávám se však, aby to již v zárodku nezabilo jejich zájem o jazyk. Nebo je možné je slovesné tvary naučit postupně a najisto používáním těchto tvarů při výuce v hodinách latiny. Jak ale postupovat v rámci zvolené metody a ve studentech nevzbudit trvalou nenávist a znechucení vůči předmětu, jemuž se věnují? V souladu s Katonovými a Konfuciovými slovy budeme usilovat o to, aby si žáci slova a jejich tvary spojili přímo s jejich významem, to jest, aby je v případě sloves spojili s pohybem. K tomu slouží metoda, o níž jsme se již zmínili a která se anglicky nazývá **Total Physical Response**.

Sic iam in I capitulo discipuli modum imperativum in utroque numero, quo eos in sequentibus scholis alloquemur, dein tertiam personam, tum per interrogata item secundam tertiamque sine molestia discent animique eorum etiam motu ad discendum excitabuntur. Ea, quae initio magister dicit vel agit, dein discipuli repetunt memoriaeque prope insculpunt. Eodem modo, id est magistrum imitando, in primis capituli primi paragraphis rectus linguae Latinae pronuntiatus disci potest. Sunt vero qui ludos a schola esse omnino alienos autument, alii vero nil nisi ludere volunt – nos una cum Comenio etiam in scholis ludendum arbitramur, dummodo non ludendi, sed discendi gratia ludatur!

Exercitii descriptio:

Magister sedens, discipulum eligit, eum sermone vernaculo monet ut omnia, quaecumque ipse faciet, discipulus, qui quoque initio sedet, motu imitetur. Dein magister simul imperat (*Surge! Consider!* cet.) ipseque imperata exsequitur, dum discipulus eum imitatur. Tum non iam surgere, considerare, cet. pergit, sed imperat tantum, discipulusque manus motu monitus id, quod imperatur, agere non desinit... Dein non iam magister, sed alius discipulus/alii discipuli imperare possunt...

Exercitii finis:

- recta via, motu formas et verba discere;
- ea firmiter memoriae mandare;
- sic rem grammaticam anticipare;
- ad discendum excitari.

Tak se žáci již v 1. kapitole naučí tvary rozkazovacího způsobu jednotného i množného čísla, které budeme používat i v následující výuce, pak i 3. osobu obou čísel, následně pomocí otázek a bez větších obtíží i 1. a 2. osobu. Pohyb navíc udržuje pozornost studentů a zvyšuje jejich motivaci. To, co vyučující na začátku říká nebo dělá, pak žáci opakují, napodobují a o to lépe i zapamatovávají. Stejným způsobem, tj. napodobováním učitele, se na prvních odstavcích 1. kapitoly snadno naučí i správnou latinskou výslovnost. Někteří se domnívají, že hry do výuky nepatří, jiní si však chtějí jen hrát – my si v souladu s Komenským myslíme, že je třeba si hrát, ovšem ne samoučelně, nýbrž pro výuku!

Popis cvičení:

Učitel sedí, vybere žáka a česky ho upozorní, aby napodoboval každý jeho pohyb. Pak vyučující rozkazuje (*Surge! Consider!* apod.) a zároveň sám rozkazy vykonává, zatímco student jeho pohyby bezprostředně napodobuje. Pak již vyučující jen sedí, ale pokračuje v rozkazování, zatímco studentovi pokyne, aby neustával ve vykonávání rozkazů... Nakonec nemusí již rozkazovat učitel, ale lze tento úkol přenést na jiného studenta nebo jiné studenty...

Cíl cvičení:

- naučit se přímo, tj. pohybem slova a tvary;
- trvale a jistě si je zapamatovat;
- naučit se předem gramatickou látku;
- zvýšit motivaci a pozornost žáků.

‘Total Physical Response’ (FR, ad cap. I)

gradus prīmus et secundus imperātīvus et III persōna

REM TENE VERBA, VERBA SEQVENTVR!
(M. Porcius Cato)

– numerus singulāris –

RHĒNUS FLUVIUS MAGNUS EST.

MELITA ĪNSULA PARVA EST.

TŪSCULUM OPPIDUM RŌMĀNUM EST.

Salvē! – Surge! – Ambulā! – Cōnsiste! – Ambulā! – Vidē *caelum*! – Audī *magistrum*! – Cantā: “Lalla”! – Tacē! – Venī *ad magistrum*! – Cōnsiste! – Cōnsīde! – Valē!

Magister imperat:

AMBULĀ-

Ambulā, Simōna!

Simōna ambulat.

VIDĒ-

Salvē, Michael!

Valē, Martha!

Vidē, Iuditha!

Tacē, discipule!

Martha valet.

Iuditha videt.

Discipulus tacet.

SURG-

Surge, Chrīstīna!

Cōnsīde, Chrīstīna!

Cōnsiste, Chrīstīna!

Lege, discipula!

Chrīstīna surgit.

Chrīstīna cōnsīdit.

Chrīstīna cōnsistit.

Discipula legit.

AUDĪ-

Audī, Margarīta!

Venī, Sārca!

Margarīta audit.

Sārca venit.

QVAE AVDIO OBLIVISCOR,
QVAE VIDEO MEMORIA TENEO,
QVAE EXPERIOR, EA INTELLEGO.
(Confucius)

– numerus plūrālis –

RHĒNUS ET DĀNUVIUS FLUVIŪ MAGNĪ **SUNT**.

MELITA ET LESBOS ĪNSULAE PARVAE **SUNT**.

TŪSCULUM ET BRUNDISIUM OPPIDA RŌMĀNA **SUNT**.

Salvēte! – Surgite! – Ambulāte! – Cōnsistite! – Ambulāte! – Vidēte *caelum*! –
Audite *magistrum*! – Cantāte: “Lalla”! – Tacēte! – Venīte *ad magistrum*! –
Cōnsistite! – Cōnsīdite! – Valēte!

Magister imperat:

AMBULĀ-

Ambulāte, Simōna et Martina!

Simōna et Martina ambulant.

VIDĒ-

Salvēte, Michael et Miroslāe!

Valēte, Martha et Magdalēna!

Vidēte, Iuditha et Rēgīna!

Tacēte, discipulī!

Martha et Magdalēna valent.

Iuditha et Rēgīna vident.

Discipulī tacent.

SURG-

Surgite, Chrīstīna et Iōanna!

Cōnsīdite, Chrīstīna et Iōanna!

Cōnsistite, Chrīstīna et Iōanna!

Legite, discipulae!

Chrīstīna et Iōanna surgunt.

Chrīstīna et Iōanna cōnsīdunt.

Chrīstīna et Iōanna cōnsistunt.

Discipulae legunt.

AUDĪ-

Audite, Margarīta et Iōanna!

Venīte, Sārca et Clāra!

Margarīta et Iōanna audiunt.

Sārca et Clāra veniunt.

IV De locutionibus iam inde ab initio scholae adhibendis

Tertia enchiridii parte faciles, simplices, perquam utiles **Locutiones in scholis adhibendae** continentur quae, etiamsi breves ac ineptae videantur, tamen ad discipulos in mare linguae Latinae immergendos prorsus pernecessariae sunt. Primum, ut verbis Comenii utamur, Latine balbutiendum, dein loquendum est, at non ut loquamur, sed ut iubendo, interrogando, respondendo omnium, qui linguam Latinam discunt, scientia confirmetur eoque celerius in scholis progrediantur. Ne igitur de rebus, quae in conclavi scholastico sunt, simpliciter loqui timeamus! *Nominibus discipulorum Latinis utamur, imperemus atque interrogemus, dein alloquamur* (de verborum personis ediscendis supra iam scripsimus), *gradatim amplificemus rebus grammaticis, quae in sequentibus capitulis inveniuntur*, at quae iam nunc sunt utiles repetendoque sponte discentur neque sic, utpote prudenter anticipatae, difficultates postea parient. Cavendum vero ne discipulis uno ictu nimis multas locutiones in schola adhibendas proponamus. Natura saltus non facit omniaque tempore apto fiant!

Ad rem rem grammaticam Latinam Latine docendam revertamur! Iohannes H.

IV. O slovních spojeních, jež je třeba používat při výuce

Třetí část tohoto přehledu nazvaná **Locutiones in scholis adhibendae** obsahuje jednoduchá a velmi užitečná slovní spojení, která, ač se zdají být krátká a třebas i hloupá, jsou velmi nutná k ponoření žáků do moře latinského jazyka. Nejprve je třeba latinsky „žvatlat“, pak, jak praví Komenský, mluvit, ne však jen za účelem mluvení, ale aby se vědomosti žáků posilovaly rozkazy, otázkami, odpověďmi a oni o to rychleji postupovali v procesu učení. Proto se nebojme hovořit i o věcech, kterými jsme ve škole obklopeni! *Oslovujme žáky jejich latinskými jmény, rozkazujme a ptejme se, pak oslovujme* (již jsme pojednali o způsobu výuky slovesných tvarů), *postupně rozšiřujme o gramatickou látku, která se nachází v následujících kapitolách* a jež, naučí-li se ji žáci bez obtíží a dobrovolně již nyní, pak nezpůsobí žádné problémy. Je však třeba dávat pozor, abychom je již na začátku nezahltili přemírou latinských pokynů při vedení hodiny, jež by se měli naučit nazpaměť. Je třeba dbát na to, aby se vše dělo bez velkých skoků, názorně a ve správný čas!

Vraťme se však k tomu, jak učit latinskou gramatiku latinsky! Hans H.

Ørberg per totum librum portenta quaedam rei futurae posuit, id est res grammaticas verborumque formas quae nondum explanantur totae, quarum tamen significatio ex adiunctis patet. Quibus magister ita uti debet ut *res grammaticas*, quo facilius discipuli in studiis progrediantur, *prudenter anticipet*. Itaque non omnia pronomina tantum in capitulo VIII sunt discenda, ubi primum una ac in omnibus casibus relativa, interrogativa, personalia, demonstrativa proponuntur, sed gradatim iam in capitulis prioribus ubi per casus pronomina initio personalia, relativa, interrogativa gradatim apparent, dein in capitulo VII etiam demonstrativum pronomen quod est *hic haec hoc*. Neque dubitandum est quin eius, qui ita fecerit, discipuli multo facilius VIII illud atque, ut ita dicam, "exitiale" capitulum sint superaturi. Ad locutiones igitur, de quibus supra dixi, aliquot exempla seu exercitia adiunguntur, quibus magister res grammaticas proponat vel ita exerceat ut ad patrii sermonis usum in universum descendere non debeat.

In conspectu adiecto ratio redditur qua pronomina personalia, demonstrativa, accusativus cum infinitivo, ablativus et temporis et absolutus, participium coniunctum Latine exerceantur.

Ørberg po celé knize rozesel jakoby semena gramatické látky nebo tvarů, které se sice teprve budou probírat, nicméně jejich význam je zcela zřejmý již z kontextu. Vyučující jich musí využít tak, aby *s rozvahou žáky na probírání této gramatické látky předpřipravil* a oni později o to rychleji postupovali v učivu. Proto by se neměla všechna zájmena učit až v 8. kapitole, kde se nacházejí kompletní paradigmata vztažných, tázacích, osobních a ukazovacích zájmen, ale postupně již v předcházejících kapitolách, kde se postupně objevují vztažná, tázací, osobní zájmena a v 7. kapitole dokonce i ukazovací zájmeno *hic haec hoc*. Žáci, jejichž znalost zájmen bude průběžně a poutavě procvičována již v předcházejících kapitolách, pak bez obtíží překonají i „smrtící“ 8. kapitolu. Následující seznam slovních spojení je doplněn o některé příklady, respektive některá cvičení, jejichž pomocí vyučující může procvičovat gramatiku, aniž by musel použít svou mateřštinu.

V připojeném přehledu jsou k vidění způsoby, jak latinsky procvičit např. osobní a ukazovací zájmena, akuzativ s infinitivem, spojitě participium, ablativ časový a absolutní.

Locūtiōnēs in scholīs adhibendae

DISCAT ANTE BALBVTIRE INFANS QVAM LOQVI:

PVER ANTE LOQVI, QVAM DICERE.

(Io. A. Comenius)

<i>Numerus singulāris</i>	<i>Numerus plūrālis</i>	<i>Česky v singulāru</i>
Salvē (<i>tū quoque</i>), (<i>nōmen discipulī</i>)!	Salvēte, discipulī!	Ahoj! Dobrý den...!
Quis abest?	Quī absunt?	Kdo chybí?
Aperī librum tuum!	Aperīte librōs vestrōs!	Otevři knihu!
Lege (<i>capitulum primum</i>)!	Legite (<i>capitulum primum</i>)!	Čti (první kapitolu)!
Claude librum tuum!	Claudite librōs vestrōs!	Zavři knihu!
Surge!	Surgite!	Vstaň!
Cōnsīde!	Cōnsīdite!	Posaď se!
Interrogā (<i>condiscipulum</i>)!	Interrogāte (<i>condiscipulōs</i>)!	Ptej se! Zeptej se (spolužáka)!
Respondē (<i>condiscipulō</i>)!	Respondēte (<i>condiscipulīs</i>)!	Odpověz (spolužákovi)!
Bene/rēctē/nōn rēctē/male (<i>respondēs</i>)!		Dobře/správně/nesprávně/špatně (odpovídáš)!
Tacē!	Tacēte!	MLČ!
Dīc!	Dīcite!	Řekni! Říkej!
Loquere!	Loquiminī!	Mluv!
Venī ad tabulam!	Venīte ad tabulam!	Přijď k tabuli!
Scrībe (<i>exercitium primum</i>)!	Scrībite (<i>exercitium primum</i>)!	Piš (první cvičení)!
Perge!	Pergite!	Pokračuj!
(Bene) valē!	(Bene) valēte!	Ahoj! Nashledanou!

AMPLIFICĀTIŌ GRAMMATICA:

- **per modum īnfīnītum** (cf. cap. X): *Perge legere...*!
- **per aliās persōnās** (cf. cap. XV): *Ut valēs? Bene valeō.*
Aperišne fenestram? Ita, aperiō fenestram!
- **per accūsātīvum cum īnfīnītō** (cf. cap. XI): *Iubeō tē salvēre... Iubeō tē surgere....*
- **per nōminātīvum cum īnfīnītō** (cf. cap. XIII): *Salvēre iubēris.... Surgere iubēris*
- **per adverbia** (cf. cap. XVIII): *Bene valē! Celeriter venī ad tabulam!*
Venī hūc! Cōnsīde illīc! Dīc aliter!

Aliae vōcēs locūtīōnēsque ūtilēs

český překlad

Bonum māne / Bonum diem (*tibi/vōbīs optō*)!

Dobré ráno / Dobrý den (ti/vám přeji)!

Bene sapiat (*tibi prāndium*)!

Dobrou chuť! (Ať ti chutná oběd!)

Manum tolle! Manūs tollite!

Zvedni ruku! Zvedněte ruce!

Pōne librum in mēnsā!

Polož knihu na stůl!

Cōnsīde in sellā! (< sella -ae f)

Posaď se na židli!

Dēpōne amphotidēs! (<amphotidēs -um f pl)

Odlož sluchátka!

Exstingue tēlephōnum gestābile!
computātōrium gestābile!

*Vypni mobilní telefon!
notebook (laptop)!*

Cavē! Cavēte!

Pozor!

Cape pilam! Redde pilam!

Chyť míč! Vrať míč!

Pēsum vernāculum.

Domácí úkol.

Licetne (ad requisīta nātūrae) sēcēdere?
Licetne locum necessārium petere?

Smím si odskočit (na toaletu)?

Sērō (↔ temperī) venīs.

Jdeš pozdě.

Scrībe calamō (< calamus -ī m) / graphide (< graphis -idis f) in pugillāribus (< pugillāria -ium n pl)!

Na/piš perem (propiskou) / tužkou do svého sešitu.

Scrībe crētā in tabulā!

Napiš/Piš křídou na tabuli!

Cape spongiam et dēlē sententiam in tabulā!

Vezmi houbu a smaž větu na tabuli!

Scrībe / Pinge calamō in tabulā (ēlectronicā)...!

Napiš/Nakresli fixou na (elektronické) tabuli...!

Nōlī bibere (ē lagoenā)! Nōlī ēsse in scholā!

Nepij (z lahve)! Nejez při hodině!

Nōlī mandere!

Nežvýkej!

Nōlī loquī cum vīcīnō/vīcīnā!

Nemluv se sousedem/sousedkou!

Gummim in vās pūrgāmentōrum prōice!

Vyhod' žvýkačku do koše.

Lavā manūs in lavācrō (< lavācrum -ī n)!

Umyj si ruce v umyvadle.

Tinnit.

Zvoní.

Schola finīta (ve/ perācta) est.

Hodina skončila.

Grammaticam rem Latīnam Latīnē exerceāmus!

Prōnōmina persōnālia (ā capitulō III ūsque ad VIII)

Magister: *Datne Aemilia ōsculum lūliō?*

Datne Aemilia ōsculum lūliō?

Discipulus: *Ita, Aemilia eī ōsculum dat.*

Ita, ea lūliō ōsculum dat.

Ita, ea eī ōsculum dat.

Nōtā bene! Vocābulum līnēā subductum maiōre vī ā magistrō prōnūntiātur.

Prōnōmina dēmōnstrātīva (cap. VIII)

Magister: *Mārcus librum, quī illīc est, videt.*

Discipulus: *Mārcus illum librum videt.*

...et ratiōne inversā.

Numerālia (cap. III, IV, XVII, XVIII, XXX, XXXIII), verba dēpōnentia (cap. XVI), cēt.

Vidē lūdōs pilā in capitulō huius enchīridiī sextō.

Accūsātīvus cum īnfīnītīvō (cap. X et XI)

Magister: *Quid facit lūlia?*

Petrus (discipulus): *lūlia cantat.*

Magister: *Quid dīcit Petrus?*

Paulus (discipulus): *Petrus dīcit lūliam cantāre.*

...et ratiōne inversā.

Ablātīvus temporis / ablātīvus absolūtus (cap. III, X, XIII, XIV, XV XVI, XVII, XXIX)

cap. XIII

cap. III (XIII) *Hiems est et...*

cap. III (XIII, causa) *Quia est hiems...*

cap. X (XIV, tempus) *Cum/dum (= tempore quō) est hiems...* ...montēs nive operiuntur.

cap. XIII (tempus/omnia) *Hieme...*

cap. XXIX (causa/concessiō) *Cum (= quia/quamquam) sit hiems...*

cap. XIV

cap. III (XIV) *Fenestra aperta est...*

cap. III (XIV, causa) *Quia fenestra aperta est...*

cap. X (XIV, tempus) *Cum/dum fenestra aperta est...*

...puer dormit / frīget.

cap. XIV (tempus/omnia) *Fenestrā apertā...*

cap. XXIX (causa/concessiō) *Cum (= quia/quamquam) fenestra aperta sit...*

cap. XVI

cap. III	<i>lūlia cantat et...</i>	
cap. III (causa)	<i>Quia lūlia cantat...</i>	
cap. X (tempus)	<i>Cum (= tempore quō) lūlia cantat...</i>	
cap. X (tempus)	<i>Dum lūlia cantat...</i>	...Mārcus īrātus est.
cap. XVI (omnia)	<i>lūliā cantante...</i>	
cap. XVII (concessio)	<i>Quamquam lūlia cantat...</i>	
cap. XXIX (causa/concessio)	<i>Cum (= quia/quamquam) lūlia cantet...</i>	

→ multae sunt igitur haec omnia exercendī ratiōnēs!

I Coniunge sententiās!

Gallus canit, (= Gallō canente)	puer surgit. puer dormit.	Aestās est, (= Aestāte)	āēr calidissimus est. nivēs cadunt.
------------------------------------	------------------------------	----------------------------	--

II Dīc aliter!

<u>Cum est hiems</u>	(= hieme), folia in arboribus nōn crēscunt!
<u>Dum māter Mārcum verberat</u>	(= Mātre Mārcum verberante), lūlia laeta nōn est.
<u>Quia pāstor dormit</u>	(= Pāstōre dormiente), ovis nigra in silvam fugit.

...et ratiōne inversā.

III Discipulī sententiās disiūctās sortiuntur, quārum alteram in ablātivum absolūtum convertunt sententiāsque sīc valdē iūcundās cōficiunt:

exemplī grātiā: lūlia canit. + Lupus pāstōrem ēst. → *lūliā canente lupus pāstōrem ēst.*

Nōtā bene! Prīmō aspectū absurdum vidētur, tamen id, quod iūcundum est, valdē dēlectāre, animōs excitāre, discipulōs multō dociliōrēs reddere mementō!

Participium coniūctum (cap. XIV)

Magister: *Mārcus Quīntum, quī dē arbore cadit, videt.*

Discipulus: *Mārcus Quīntum dē arbore cadentem videt.*

...et ratiōne inversā.

Dē aliīs id genus exercitiīs, quōrum similia etiam in periculīs adhibēre potes, librum, quī *Exercitia Latīna I* īnscrībitur (vidē <http://goo.gl/faUgLE>), cōnsule!

Česky: Další cvičení tohoto druhu, jimiž se lze inspirovat také při přípravě testů, jsou k nalezení ve svazku *Exercitia Latīna I* (viz <http://goo.gl/faUgLE>).

V De amplificatione eiusque utilitate

Eodem etiam **varia amplificationis genera** spectant quae in insequentibus paginis inveniuntur quaeque iam inde a III capitulo, ubi, particula *quoque* iam in I capitulo apparenti omisa, pronomina relativa *qui quae quod* et coniunctio causalis *quia* inveniuntur, ipsae libere adhibeantur! Sententiae inter se disiunctae eorum pronominum, coniunctionum, particularum ope coniungendae sunt, dein etiam iis, quae iam comperta habemus, amplificandae ita ut simplicissima linguae Latinae membra ossium instar nuda, exesa, dispersa (i.e. *voces et sententias simplices ac dissectas, per se sensu carentes*) quasi nervis (i.e. *argumentis*) vestiamus, dein etiam artubus (i. e. *coniunctionibus*) et ligaminibus (i.e. *particulis, pronominibus*) in Latinitatis corpus bene constitutum (i.e. *textum*) contexta vivificemus. Etenim hac tantum ratione discipuli difficiliori textui Latino facile (intel)legendo assuescent cum ipsi eum, quamvis gradatim ac lente, iam inde ab initio componere potuerint; neque igitur postea scriptorum Latinorum periodos aggressi quidquam metuent, immo ad sermonem patrium melius citiusque intellegendum nonnihil fructus capient.

V. O amplifikaci a její užitečnosti

Stejným směrem míří také **různá cvičení založená na amplifikaci**, která se nacházejí na následujících stránkách. Lze je používat již od 3. kapitoly, kde jsou k dispozici vztažná zájmena *qui quae quod* a příčinná spojka *quia*, pomineme-li částici *quoque* vyskytující se již v 1. kapitole. Úkolem žáka je pomocí zájmen, spojek a částic spojit navzájem izolované věty, posléze je rozšířit tak, aby se jakoby rozházené a obnažené kosti (tj. *izolovaná slovíčka a věty bez kontextu a smyslu*) obalily svalovou hmotou (tj. *tématy, smyslem*), spojily klouby (tj. *spojkami*) a vazy (tj. *částicemi, zájmeny apod.*) v dobře stavěné a živé tělo latinského jazyka (tj. *text*). Pouze tak žáci přivyknou četbě a porozumění složitějšímu latinskému textu – tím, že se, třebaže pomalu a postupně, naučí jej sami skládat. Proto se pak nebudou obávat dlouhých souvětí latinských autorů, ba právě naopak si osvojí dovednosti, které jim pomohou snáze a rychleji porozumět složitějším textům i v jejich rodném jazyce.

Amplificātiōnis et alia id genus exercitia

1 Amplificātiō per interrogāta (iam inde ā capitulō III)

Exercitii descriptio:

Initio magister sententiam brevissimam proponit. Deinde primum discipulum interrogat. Is discipulus respondent. Id, quod respondet, cum sententia coniungit. Secundus discipulus hanc sententiam auctam repetit. Dein a magistro interrogatur, respondet, sententiam auget. Tum tertius discipulus totam sententiam bis auctam repetit... donec ad longam periodum perveniatur.

Exercitii finis:

Discipuli animum ad scholam attendunt, ad interrogata respondent – sic probatur an interrogata intellexerint necne. Cum sententiam augent, se ipsos aliquid excogitavisse atque Latine dixisse gaudent. Cum eam auctam repetunt vel etiam atque etiam repetitam audiunt, suam rei grammaticae scientiam sic confirmant sententiisque longioribus ac periodis assuescunt.

Popis cvičení

Na začátku učitel pronese velmi krátkou větu. Pak položí otázku prvnímu žáku. Žák odpoví a svou odpověď připojí k původní větě. Další žák zopakuje takto vytvořenou větu, je vyučujícím dotázán a podobně jak v případě prvního žáka i on svou odpověď připojuje k již jednou rozšířené větě. Pokračuje se, dokud učitel uzná za vhodné, nejlépe až do vytvoření dlouhého souvětí...

Cíle cvičení:

Žáci se soustředí na činnost při hodině, odpovídají na otázky – ověřuje se tak, zda jim rozumějí. Když takto rozšiřují větu, zažívají radost z tvořivé činnosti a toho, že jsou s to se latinsky vyjadřovat. Opakováním rozšířené věty, kterou často slyší, nejen upevňují své znalosti gramatiky, ale také přivykají delším větám a souvětím.

Mārcus pulsat.

Quem pulsat Mārcus?

Num clāmat lūlia “Lalla, lalla”?

Cūr cantat lūlia?

Estne Mārcus laetus?

Quis est Mārcus?

Cuius fīlius est Mārcus?

Quis est lūlius?

Quae est Aemilia?

Quae est lūlia?

Cuius filia est lūlia?

Num est bonus puer Mārcus quī lūliam pulsat?

lūliam.

Nōn, lūlia cantat.

Quia laeta est.

Nōn, est irātus.

Puer Rōmānus.

lūliū et Aemiliae.

Vir Rōmānus.

Fēmina Rōmāna.

Parva puella.

lūliū et Aemiliae.

Nōn, est puer improbus.

Quis verberat Mārcum?

Cūr Iūlius et Aemilia verberant Mārcum?

Cuius Iūlius est pater?

Cuius Aemilia est māter?

Aemilia et Iūlius.

Quia parvam puellam pulsat et rīdet.

Iūlius est pater liberōrum.

Aemilia est māter liberōrum.

- Sententia amplificāta per interrogāta:

Mārcus est puer Rōmānus et fīlius Iūlii, viri Rōmāni, et Aemiliae, fēminae Rōmānae, improbus, quem Aemilia, quae māter liberōrum est, et Iūlius, quī pater liberōrum est, verberant, quia īrātus **pulsat** rīdetque Iūliam, parvam puellam et Iūlii Aemiliaeque filiam, quae cantat, quia laeta est.

Exercitii inversio:

Hoc genus exercitii interrogationes exercendi gratia etiam inverti potest ita ut discipuli de sententia longiore interrogare debeant.

Obráčené cvičení:

Tento typ cvičení lze za účelem procvičování otázek také otočit tak, aby žáci delší větu rozdělili pomocí otázek na několik menších.

- Interrogā!

-ne - quis – quae – quem – cuius – cūr – num

Quis est Mārcus? Quem pulsat Mārcus? Cuius fīlius est Mārcus?...

2 Coniunge sententiās! (FR, cap. III – PUER IMPROBUS)

Exercitiorum insequentium descriptio:

Sunt exercitia quibus prorsus rationes sententias inter se coniungendi exerceantur et quae vel imprimis ad scribendum sint apta (vel ad proponendum iis qui utpote celeriores periculum est ne scholarum taedio afficiantur):

Popis následujících cvičení:

Existují i další cvičení na spojování vět do souvětí, která jsou však vhodnější spíše pro psaní nebo pro studenty, kteří jsou rychlejší, a proto hrozí nebezpečí, že by se mohli při hodinách nebo běžných cvičeních nudit:

SCAENA PRIMA Persōnae: Iūlia, Mārcus, Quīntus.

Ūtere: quī quae quod, quia, et, neque, eam, eum, quoque

Iūlia cantat: “Lalla.”

+ Iūlia est parva puella Rōmāna
+ Iūlia est fīlia Iūlii Aemiliaeque proba.
+ Iūlia laeta est.

Mārcus: “St!”

+ Mārcus est puer Rōmānus.
+ Mārcus est fīlius Iūlii Aemiliaeque improbus.
+ Mārcus laetus nōn est.

Iūlia cantat: “Lalla, lalla.”

+ Iūlia Mārcum nōn audit.

Mārcus: “Ssst!”

+ Mārcus irātus est.

Iūlia cantat: “Lalla, lalla, lalla.”

Mārcus Iūliam pulsat.

+ Iūlia cantat.

Iam Iūlia nōn cantat, sed plōrat: “Uhuhū!”

Mārcus rīdet: “Hahahae!”

+ Mārcus Iūliam pulsat.

Quīntus Mārcum videt. Mārcus nōn videt Quīntum. + Quīntus est puer Rōmānus.

+ Quīntus est fīlius Iūlii Aemiliaeque.
+ Quīntus videt Mārcum.

Quīntus: “Quid? Mārcus puellam pulsat — et rīdet!”

Exemplum: Iūlius verberat Mārcum.

+ Mārcus puer improbus est.

= Iūlius verberat Mārcum quī/quia is puer improbus est.

Exercitium partim solūtum. (FR, cap. III – PUER IMPROBUS)

Iūlia, **quae** est parva puella Rōmāna **et** Iūlii Aemiliaeque filia proba, cantat **quia** laeta est:

“Lalla.” Mārcus, **quī** est puer Rōmānus **et** Iūlii Aemiliaeque filius improbus, laetus nōn est:

“St!” Iūlia, **quae eum** nōn audit,...

3 CAPITULUM IV (cf. vv. 75-77) Coniunge sententiās!

Dāvus discēdit. Mēdus baculum videt. Baculum in mēnsā est. Mēdus discēdit.

is ea id

Cūr Mēdus discēdit? Mēdus discēdit. Mēdus pecūniam in sacculō habet.

quoque

Pecūnia est dominī. Sacculus est Mēdī.

quia

quod

Exercitium solūtum:

Dāvus discēdit. Mēdus baculum, *quod* in mēnsā est, videt *et* discēdit. Cūr Mēdus discēdit?
Mēdus discēdit, *quia* is pecūniam *dominī* in sacculō *suō* habet.

4 FR, cap. III – PUER IMPROBUS

Exercitiorum insequentium descriptio:

Cum in libro c.n. *Familia Romana* non modo coniunctiones, sed gradatim etiam particulae inveniantur, iam inde a capitulo octavo etiam paulo difficiliora exercitia proponi possunt ita ut discipuli in eodem textu, quo iam in priore exercitio sumus usi, pronomina relativa, coniunctiones, particulas adhibeant (et antea, magistro duce, adhibere discant). Primum gradum iam supra vidimus, secundus a capitulo VIII, tertius a capitulo XX, ut infra vides, discipulis proponi queunt.

Popis následujících cvičení:

V učebnici *Familia Romana* se postupně nevyskytují jen spojky, ale také částice, a tak lze již od osmé kapitoly použít i o něco složitější cvičení. Jejichž cílem je, aby studenti v témže textu, s nímž jsme se již setkali o něco výše, použili částice, zájmena a spojky, s nimiž se setkali již dříve při výuce. První stupeň pomocí vztažných zájmen jsme již viděli, druhý lze použít od 8. a třetí od 20. kapitoly.

A)

SCAENA PRIMA

Persōnae: Iūlia, Mārcus, Quīntus.

Iūlia cantat: "Lalla." Iūlia laeta est.

Mārcus: "St!" Mārcus laetus nōn est.

Iūlia cantat: "Lalla, lalla."

Mārcus: "Ssst!" Mārcus īrātus est.

Iūlia cantat: "Lalla, lalla, lalla."

Mārcus Iūliam pulsat.

Iam Iūlia nōn cantat, sed plōrat: "Uhuhū!"

Mārcus rīdet: "Hahahae!"


Quīntus Mārcum videt. Mārcus nōn videt Quīntum.

Quīntus: "Quid? Mārcus puellam pulsat — et rīdet!"

!!! PĒNSUM !!! Coniunge sententiās inter sē!

cap. VIII) quī quae quod, quia, is ea id, rūsus (= iterum), autem, nam, itaque

cap. XX) enim, igitur, tamen, at, vērō, tum.



FR, cap. III – PUER IMPROBUS (gradus secundus et tertius – exercitiū solūtī pars)

SCAENA PRIMA

Persōnae: lūlia, Mārcus, Quīntus.

lūlia cantat: “Lalla.”, nam ea laeta est.

Mārcus autem: “St!” Is enim (: nam is) laetus nōn est.

At (: Sed) lūlia rūsus cantat: “Lalla, lalla.”

...

B)

FR, cap. III – PUER IMPROBUS (post capitulum XX)

Ūtere particulīs: *nam, itaque, enim, neque, autem, at, vērō, tum, nōn solum... sed etiam (nōn modo... vērum etiam), igitur, ergō, -que*

Textus iam in capitulō tertiō amplificātus, nunc dēnuō amplificandus:

lūlia, quae est parva puella Rōmāna et lūlii Aemiliaeque filia proba, cantat quia laeta est:

“Lalla.” Mārcus, quī est puer Rōmānus et lūlii Aemiliaeque filius improbus, laetus nōn est:

“St!” lūlia, quae eum nōn audit,...

Exercitium solūtum:

lūlia, quae est parva puella Rōmāna et lūlii Aemiliaeque filia proba, cantat; ea enim laeta est.

Mārcus autem, quī est puer Rōmānus et lūlii Aemiliaeque filius improbus, eam tacēre iubet;

nam is irātus est. lūlia vērō, quae eum nōn audit,...

Alia exercitia, in quibus sermonem discipulorum patrium adhibere non sit necesse, etiam in libris, qui *Exercitia Latina I* et *Quaderno degli esercizi I, II*, inscribuntur, invenietis. Ad scribendum etiam *PENSVM C*, quod in singulis *Familiae Romanae* capitulis inest, adhibere potestis.

Další cvičení, při nichž není nutné používat mateřštinu žáků, jsou k nalezení v doprovodných publikacích *Exercitia Latina I* a *Quaderno degli esercizi I, II*. K cvičení psaní v latině je možno použít také cvičení *PENSVM C* v závěru každé kapitoly učebnice *Familia Romana*.

V De vocabulis iunctis conspectuque grammatico

Quae cum ita sint, quo facilius discipuli mei et sermone patrio et linguae Latinae scientia omnino dispares progrediantur nec non etiam magistri nexus inter *Familiae Romanae* capitula intellegerent et instrumenta docendi praesto haberent, omnium capitulorum **grammaticos conspectus** et **vocabulorum iunctorum indices**, dum ipse doceo, ad omnium magistrorum discipulorumve usum paravi.

Hi eo consilio sunt ex singulis capitulis excerpti quo facilius discipuli, ordine capitulorum servato nova verba cum contextu, quem memoria tenent, repetant neve ad sermonem patrium, qui eorum mentem memoriamque confundit, confugere cogantur, sed ipsorum, quae discunt, verborum significatui, quo nihil est certius, nec non casibus bene adhibendis rectā adhaereant. Quam viam, quae vulgo Anglice *Lexical Approach* nuncupatur, esse certissimam iam pridem in aliis linguis docendis est probatum.

Illi vero, scilicet conspectus grammatici, admodum caute sunt in scholis ipsis usurpandi. Etenim si tempore modove minime apto proponantur, detrimenti plus quam emolumenti afferre possunt.

V. O přehledech gramatiky a slov(ních) spojení s kontextem

Za této situace jsem pro všechny vyučující a případně i studenty vytvořil **gramatické přehledy** a **slov(ních) spojení s kontextem**. Jejich pomocí se svým studentům, kteří začínají s různou úrovní znalosti jazyka a navíc nemají ani společnou mateřštinu, snažím usnadnit jejich postup, vyučujícím pak poskytnout didaktickou pomůcku a podklad pro pochopení vazeb mezi kapitolami učebnice *Familia Romana*.

Přehledy nových slov(ních) spojení s kontextem jsou slovní spojení vybraná z jednotlivých kapitol při zachování pořadí, v jakém se objevují. To je důležité proto, aby si žák při čtení tohoto seznamu vybavoval nikoli nejisté překlady do mateřštiny, ale přímo situace, v nichž se slova objevila, lépe si je s kontextem zapamatoval a jazyk vnímal v duchu úspěšné metody *Lexical Approach* nikoliv jako shluk izolovaných slov, ale jako text sestavený ze slovních spojení, která žákovi zprostředkují např. i údaje o pádové syntaxi.

Gramatické přehledy je třeba při výuce používat velmi opatrně. Použijeme-li je totiž v nevhodný čas nebo také nevhodným způsobem, mohli bychom nadělat více škody než užitku.

Conspectus grammatici vel imprimis magistris sunt destinati qui eorum ope non modo principalem, sed totam, quae in singulis capitulis invenitur, rem grammaticam prae oculis habeant, qua cognita etiam rationes discant quibus eam efficaciter et Latine explicent vel eos ad res futuras multo facilius intellegendas iam in antecessum praeparent. Qui conspectus igitur multo plura continent quam enchiridia discipulorum linguis vernaculis conscripta, quibus omnis singulorum capitulorum res grammatica modo simplici, brevi, perspicuo explanatur. Magister vero, qui hos conspectus, quibus plura continentur, inter discipulos distribuere voluerit, haec caveat:

- discipulos non esse nimia rei grammaticae mole obruendos;
- hos conspectus esse inutiles, si quis solus domi, cum e.g. aegrotat, rem grammaticam discere debet;
- hos conspectus non esse discipulis tradendos, nisi bene ac Latine explicatos, vel iis rebus, quae in capitulo insunt, a magistro breviter explanatis;
- hos conspectus non esse ante ipsum capitulum diligenter perlectum tradendos neque ediscendos, sed ad ea, quae in capitulo insunt, ordine quodam repetenda adhibendos.

V první řadě jsou určeny vyučujícím, kteří se s jejich pomocí mohou zorientovat v gramatické látce jednotlivých kapitol, která obsahuje kromě hlavní gramatiky dané lekce také některé menší gramatické jevy, které se mohou hodit k připravení žáků na další probírané kapitoly. V rámci přehledů také bývají uvedeny i postupy, které mohou výrazně usnadnit vysvětlení daných jevů bez použití mateřského jazyka. Tyto přehledy jsou tedy detailnější než studentské příručky, jež v národních jazycích jednoduchou, stručnou a jasnou formou vysvětlují gramatiku jednotlivých kapitol. Vyučující, který by chtěl tyto detailnější gramatické přehledy šířit i mezi žáky, by měl mít na paměti několik zásad:

- žáci by neměli být zahlcováni výklady gramatiky, pokud to není nutné;
- tyto přehledy nenahradí komentáře v národních jazycích při domácím samostudiu, např. v případě nemoci;
- přehledy by neměly být studentům dávány bez názorného a ideálně i latinského výkladu, respektive bez shrnutí toho, co je obsaženo v učebnici;
- přehledy by neměly být žákům předloženy k naučení se nazpaměť, ale jako pomůcka pro opakování dané kapitoly a upevnění znalostí, a to po důkladném přečtení příslušné kapitoly.

Notae ad conspectus grammaticos et vocabulorum iunctorum indices

Conpectus grammatici et vocabulorum iunctorum indices adhuc recensentur, ideo in rete omnium gentium, ut videtur, non ante huius anni (MMXIV) finem ponentur.

Plerumque ita sunt compositi ut ad singula capitula binae paginae pertineant facileque, si magistro visum fuerit, inter discipulos distribui possint, dummodo antea (ita, ut explanatio eorum cum methodo congruat) ea, quae insunt, dilucide explanet. Caveat tamen ne in minutis rebus grammaticis explicandis modum excedat!

Notae ad conspectum grammaticum cap. VI

Conspectus grammaticus capituli VI non modo res continet quae in enchiridio discipulorum sermone patrio tractantur (quae sunt praepositiones cum accusativo casu, casus locativus, ablativus separationis et instrumenti, accusativus directionis, vox passiva), verum etiam alia in ipso capitulo non temere posita quae in altera eius conspectus pagina tractantur; etenim iam inde a prima lectione discipulus oculos ab agente ad patientem transferre discit:

- primum **subiectum mutando** (*Servi saccos magnos portant.* -> *Sacci, quos servi portant, magni sunt*),

Poznámky k přehledům gramatiky a nových slov(ních spojení)

Přehledy gramatiky a slovních spojení jsou stále ještě podrobovány korekturám, a proto pravděpodobně nebudou zveřejněny před koncem tohoto roku (2014).

Jsou většinou sestaveny tak, aby každé kapitole odpovídaly dvě stránky, které lze snadno vytisknout a v případě potřeby i rozdat, ovšem za podmínky, že jim předtím jejich obsah objasní způsobem, který odpovídá metodě doporučené pro tuto učebnici. Měl by však dávat pozor, aby žáky nepřehltl gramatickým výkladem!

Poznámky ke gram. přehledu 4. kap.

Gramatický přehled 4. kapitoly neobsahuje pouze informace uvedené v doprovodné příručce pro studenty (předložky s akuzativem, lokativ, ablativ odluky a nástroje, akuzativ směru, trpný rod), ale také jinou gramatickou látku, která je v této kapitole skryta a jež jako by předznamenávala hlavní gramatickou látku této i příštích kapitol. A tak se již od počátku žák učí přenášet pozornost mezi větnými členy, respektive od činitele k trpiteli:

- nejprve **změnou podmětu** (*Servi saccos magnos portant.* -> *Sacci, quos servi portant, magni sunt*),

- dein **praepositionibus** (e.g. *Iulius in lectica est inter Ursum et Davum. Ursus est ante Iulium, Davus post eum est*),

- tum **particulae autem usu** (*Medus est inimicus Davi. Ursus autem amicus Davi est.*),

- denique **voce passiva** (*Ursus et Davus dominum portant. -> Dominus ab Urso et Davo portatur*).

Ceterum iam inde a I capitulo particulae gradatim discuntur (*quoque, etiam, nam, itaque*, cet.) quae textum minus planum, magis profundum ac varium reddunt quaeque ad textus difficiliores intellegendos apprime necessariae sunt.

Notae ad conspectum grammaticum cap. XI

Capitulum XI libri c.n. *Familia Romana* nomina substantiva III declinationis neutri generis, accusativum cum infinitivo, ablativum limitationis seu respectus continet; quae omnia item in conspectu grammatico verbis ipsius libri explanata vel etiam imaginibus illustrata inveniuntur. Sequitur pars postrema, quae *Vide etiam!* appellatur, qua ea continentur quae minora considerantur et interdum rem in proximis capitulis futuram portendunt. Eo consilio hic sunt posita non ut discipulus nimia rei grammaticae mole confundatur, sed ut magister videat quibus rebus iam nunc uti possit ad animos discipulorum rebus futuris

- pak **předložkami** (např. *Iulius in lectica est inter Ursum et Davum. Ursus est ante Iulium, Davus post eum est*),

- následně pomocí **částic** (*Medus est inimicus Davi. Ursus autem amicus Davi est.*),

- nakonec **trpným rodem** (*Ursus et Davus dominum portant. -> Dominus ab Urso et Davo portatur*).

Již od první kapitoly se totiž žáci setkávají i s částicemi (*quoque, etiam, nam, itaque* apod.), které textu přidávají na hloubce, plasticitě a rozmanitosti a jež jsou nezbytně nutné k lepšímu pochopení složitějších textů.

Poznámky ke gram. přehledu 11. kapitoly

11. kapitola učebnice *Familia Romana* obsahuje podstatná jména 3. deklinace středního rodu, akuzativ s infinitivem a ablativ vztahu. Toto vše lze nalézt i v příslušném gramatickém přehledu vysvětlené slovy nebo obrázky, které jsou použity i v učebnici. Následuje poslední část přehledu nazvaná *Vide etiam!*, která obsahuje gramatickou látku, jež není zmíněna v hlavním výkladu, ale ukazuje na další kapitoly. Tato nová gramatika je zde samozřejmě zmíněna pouze okrajově, aby žáka příliš nerozptýlila, ale zároveň je možné ji snadno pochopit z kontextu. Patří sem například výskyt slova *manus*, tedy

melius aptandos instituendosque. Itaque non sine causa *una manus* hoc in capitulo proponitur quae, cum sit feminini generis, exceptio habetur. Praeterea alia eius declinationis nomina eorumque formae non in hoc, sed in insequenti traduntur capitulo. Neque est tam mirum ab exceptione incipere – discipuli eam postea facilius memoria tenebunt, in proximo vero capitulo plurima verba masculini generis discent neque in illis errabunt, *manum* vero feminini generis esse non obliviscentur.

Notae ad vocabula iuncta cap. XI

Quo melius quamvis linguam discamus, verba eius linguae non cum verbis nostri sermonis vernaculi, sed cum ipso verborum significatu coniungere oportet, neque vocabula per se discere, sed in locutionibus quibus et plura addiscuntur et nos textum melius intellegemus. Quae cum ita sint, ad singula capitula vocabulorum iunctorum indices composui. Discipulus qui eum indicem legit et vocabula iam perlecta tractataque repetit et eorum significatum, cum fabulae ordine servato sint posita, facillime una cum fabula, quam novit, in memoriam revocat eoque facilius verba memoriae mandat.

Nova vocabula litteris **spissis** designantur, interdum forma nominativi casus (< casus nominativus) adiungitur, litteris inclinatis et

podstatného jména 4. deklinace, která bude probírána až v následující kapitole. Navíc se jedná o výjimku, která je ženského rodu. Ač se to jeví na první pohled nelogické, není někdy od věci začínat výjimkou – žák si tak navykne na gramatickou látku další kapitoly, zároveň si zapamatuje tuto výjimku, kterou posléze doplní i bezpočet příkladů většinových podstatných jmen mužského rodu. Na tuto výjimku a velmi frekventované jméno však žák již nezapomene.

Poznámky k přehledu slov(ních spojení)

Za účelem lepšího a přímého osvojení si jazyka, slov a především slovních spojení v kontextu bez zprostředkování mateřského jazyka jsem sestavil také přehledy nových slov a slovních spojení k jednotlivým kapitolám, o čemž jsem v obecnější rovině pojednal již o něco výše. Žák, který si v takovém přehledu čte, si při zachování pořadí výskytu slovních spojení jakoby promítá děj celé kapitoly, kterou již s učitelem a spolužáky četl nebo inscenoval. Mnohem snáze si tak zapamatuje nebo opakuje nová slova a slovní spojení zprostředkovaná přímo jejich významem v kontextu, nikoliv mateřským jazykem.

Tučným písmem jsou označena nová slova, jež se v kapitole v daném významu vyskytují vůbec poprvé, někdy je navíc

spissis de locutionibus certis et usitatis, quae ex ipsis auctorum Romanorum libris sumptae sunt, **verba fiunt**. Adiunguntur formarum verborum temporalium indices. Hi quoque vocabulorum iunctorum indices, cum retractati erunt, in rete ad omnium usum ponentur.

Etenim sunt instrumenta quibus magister, quae maioris, quae vero minoris sint momenti, videat et discipulus totus in linguam Latinam quasi immergatur scientiamque suam confirmet.

v závorce doplněn i tvar nominativu (< nominativ), tučnou kurzívou jsou označena **ustálená slovní spojení** z děl římských autorů. Následují přehledy slovesných tvarů. I tyto přehledy slov(ních spojení) k jednotlivým kapitolám budou v budoucnu zveřejněny na internetu.

Obě tyto pomůcky mají vyučujícímu pomoci při rozlišení toho, co je více, nebo naopak méně důležité, případně pomoci k tomu, aby se žák celý jako by ponořil do latinského jazyka a upevnil své znalosti.

CONSPECTVS GRAMMATICVS CAP. VI

AD, ANTE, APUD, CIRCUM, INTER, PER, POST, PROPE + -UM/-AM/-UM; -ŌS/-ĀS/-A
(praepositionēs < prae + pōnere, cāsus accūsātīvus)

PROPE Ōstia est prope Rōmam.

AD Ab oppidō Tūsculō ad villam longa via est.



CIRCUM Circum oppida mūrī sunt.

INTER Iūlius in lectīcā est inter Dāvum et Ursum.

ANTE/POST Ursus est ante Iūlium, Dāvus post eum est. Syrus et Lēander nōn ante lectīcam, sed post lectīcam ambulant.

APUD Iūlius sōlus nōn est, nam quattuor servī apud eum sunt.

PER Is quī viā Latīnā venit per portam Capēnam Rōmam intrat.



UBI?

UNDE?

QUŌ?

Ubi est Rōma?

Rōma in Italiā est.

Ubi habitat Cornēlius?

Iūlius in oppidō Tūsculō habitat.

Unde venit Iūlius?

Iūlius ab oppidō Tūsculō venit.

Unde it Mēdus?

Mēdus ā villā Iūlii it.

Quō vehitur Iūlius?

Iūlius vehitur ab oppidō Tūsculō ad villam suam.

Quō it Mēdus?

Mēdus ad amīcam suam it.

MĒDUS TŪSCULĪ NŌN EST; NEQUE RŌMAE EST MĒDUS, SED TŪSCULŌ RŌMAM IT.

Tūsculī/Rōmae

= in oppidō Tūsculō/Rōmā

Ubi habitat Cornēlius?

Cornēlius Tūsculī habitat.

Ubi habitat Lŷdia?

Lŷdia Rōmae habitat.

Tūsculō/Rōmā

= ab oppidō Tūsculō/Rōmā

Unde it Mēdus?

Mēdus Tūsculō it.

Unde it Cornēlius?

Cornēlius Rōmā it.

Tūsculum/Rōmam


= ad oppidum Tūsculum/Rōmam

Quō it Mēdus?

Mēdus it Rōmam.

Quō it Cornēlius?

Cornēlius it Tūsculum.



Ubi?

